



**D. Marcvs Evangelista. Rodolphi Gvaltheri Tigurini in
Euangelium Iesu Christi secundum Marcum Homiliæ
CXXXIX.**

Gwalther, Rudolf

[S.l.], 1570

VD16 W 1048

Homilia VIII. Et continuò spiritus illum expellit in desertum, & erat illic in deserto diebus quadraginta, & tentabatur à Satana, eratq[ue] cum feris, & angeli ministrabant illi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-71833)

Matth. 11.
Ioan. 4. 7.
Isa. 55.
Acto. 4.

Trinitatis mys-
terium.

Deut. 6.

1. Cor. 13.

contentos esse docent, & in illo solo querere, qua ad nostram salutem facimus. Confessione in loco quicquid vspiam in prophetiis & Apostolicis scriptis de Christo habetur. Iste certe labor conuenerat & sitibundos ad se solum inuitat. Et Apostoli non aliud nomen sub celo hominum esse clamant, per quod saluari possint, praeter quam Iesum hunc, cui hoc testimonij ipse patet cognatur. Enormis ergo illorum error est, quicunque alijs medijs, qua humana superflua dicuntur, cum patre reconciliari, & salutem assequi conantur. Mendacem enim faciunt Deum, quia non dunt in testimonium quod testificatus est, Deus de filio suo, &c. Vide. Ioan. 5.
Conclusurus eram sermonem, sed in portum festinanti sacrosanctum adoranda Trinitatis mysterium occurrit, quod non verbis modo describitur, verum etiam ipsi sensibus quod admodum capiendum proponitur. Baptizatur ab Ioanne filius. Descendit super hunc in visibili speculo sanctus. Ac patris vox caelitus auditur, Tu es filius meus, &c. At cum alibi Deus dicat, Tu es Israel, Dominus Deus noster, Deus vnus est, teneamus, Deum hunc in trinitate vnum, & vnitate trinum esse: vnum essentia, trinum personis, in quibus nulla inaequalitas, nihil minus vnus, nihil prius aut posterius est: certa tamen & ab omni confusione aliena distinctio, qua personis suas proprietates tribuit. Pater enim ab aeterno filium generat, & hic generatur, & tunc procedit sanctus spiritus. Abstrusa sunt carnis rationi haec mysteria. Sed scripturae testimonia memores, nos dum in carne sumus, ex parte duntaxat cognoscere, & ex parte proponere, & venerit quod perfectum est, tunc quod ex parte est, abolebitur. Cernimus nunc per prophetiam nigmate, tunc autem facie ad faciem. Quare omisisti curiosis questionibus in hoc potius sumus, in Iesu, regi & sacerdoti nostro, per veram fidem inseri, in ipso viuamus & saluemur, cui in patre & spiritu sancto, debetur benedictio, honor, gloria & potestas in aeternum. Amen.

H O M I L I A V I I I.

Et continuo spiritus illum expellit in desertum, & erat illic in deserto diebus quadraginta, & tentabatur a Satana, eratq; cum feris, & angelis ministrabant illi.

Argumentum
& usus praesentis loci.

Tentare quid,
& quomodo
tentatio accipi
debeat.

Gen. 22.

Deut. 17.

Iacob. 1.

Rom. 8.

Adiuimus Ioannis Baptistae de Christo Iesu testimonia, & vt eundem Deus patrem esse declarauit. Sequitur, vt Christus ea cooperit, qua ad nostram redemptionis negotium pertinebant. Inter qua primum tentationem accipitur, quas cum communi hoste satana congressus sustinuit. Quis locus & Christum satanae & ipsius euersorem esse docet, & veram contra hunc hostem nostrum pugnandi rationem tradit.
Primum vero historiam ipsam aggrediamur, de tentationibus quaedam dicenda erant, vt vbi patet, cur Christus tentari voluerit. Tentare proprie idem est quod de re aliqua periculum facere, vt quales nam ea sit, intelligamus. At quando de homine agitur, huiusmodi verbum scripturae usurpant. Primum in bonam partem, quando nos Deus experiat, vt quales simus ignoret, sed vt nos tam nobis ipsis quam alijs cognoscendos proponat, & tentationibus probatos fidei & pietatis exempla faciat. Exemplum eius rei in Abrabamo existat, quando Isaacum immolare iussus est. Ita per pseudoprophetas tentare dicitur, vt fidei nostrae omnibus conspicua fiat. Tentat etiam per crucem et omnis generis afflictiones, quo ille firmus & strata, quando inter has nihilominus ab illo intrepidus & firmus pendemus. De hoc tentatione per illud Apostoli intelligi debet: Beatus vir, qui suffert tentationem, quoniam eum probatus erit, & coronam vitae. Item illud Pauli ad Rom. 5. Gloriamur in afflictionibus, scientes quod afflictio patientiam efficiat, patientia vero experientia, experientia autem spes: Porro spes non confundit, quia non confundit, quia non confundit, quia non confundit.
Secundo in malam partem sumitur, quando per diabolum ad ea sollicitamur & impellimur, qua Dei voluntate pugnant, & damnationi aeternae subiicimur. Cuius generis tentationes non per prophetiam in impijs, iusto iudicio Deus permittit, dum illorum quidem saluti & gloria confultum est. Quod in Iobis historia docet) hos vero, vbi impietatis mensura impleuerunt, punire iustitiam. Quod in Iobis de efficacia erroris pertinet, quo Antichristus eos decepturus sit, qui veritate amplexu non habent. Impijs tentationes exitio sunt, ita pijs eadem (sicut & reliqua omnia) in bonum cooperantur.

Quod si hoc ad Christum transferas, illum tentari minime opus fuit, nisi quatenus id nobis seruire Quare Chris-
 aut, quos in gratia homo factus est. Et primo quidem hoc exigebat Saluatoris officium, cui illum tentari o-
 portuerat. Quia enim a tentatione nostra per dicio cepit, ab eadem quoque salutis initium portauerit.
 nec contemneret Christum, qui per opera diaboli dissolueret, in mundum venerat. Deinde ipse exierit
 1. Ioh. 3.
 nos in nostris tentationibus confirmari oportuit. Ita enim constat, nos non primos esse qui tenta-
 mur, nec tentationes irati Dei argumentum esse, quando illis non sanctos modo sui nominis cultores,
 verum etiam dilectum suum filium exerceri voluit. Et huc facit, quod ipse spiritus Christum in de-
 fertum expulsisse dicitur: bonus nimirum ille & sanctus spiritus, quo repletum fuisse Lucas scribit. Luce 4.
 Cui consolationi alia quoque accedit, quod nimirum diaboli conatus ab homine vinci posse videmus. Philip. 4.
 Nobis enim illi vici Christum homo, in quo se quoque omnia posse Paulus testatur. Mirificè verò &
 Hebr. 2. & 4.
 hoc consolatur, quod hinc scimus, Christum ipsi qui tentantur succurrere posse, ut qui nostrum infirmi-
 tatem suscipit, instar fidelis Pontificis afficiatur. Præterea Christi exemplum nostræ institutioni ser-
 uat, et quibus armis ipsi quoque cum diabolo congreri debeamus, docet. Magnus ergo & multiplex
 huius historia usus est, quam modo per singulas circumstantias excutiemus.

Primum de tempore & loco Marcus agit, & Christum continet, ut baptizatus & de sua voca-
 tione certior factus fuit, in desertum, spiritu duce, exiisse scribit. Exprimis hic obedientiam ipsius,
 quando nec ad suos redire, nec quicumque tergeri sari, sed absq; omni mora iniunctum sibi officium
 aggredi voluit. Quo exemplo admonemur, nullam in Dei vocatione moram admitti, nec illas car-
 nis rationes audiri debere, quæ nos reuocare possint. Ut primum enim illa admittitur, mox laqueos
 molit satanæ, quibus sub preteritis etiam prætextu retinet, ne Deo obedientie officium præstemus.
 Non temere ergo Christus alibi eundem discipulorum dicitur: Domine, per mitte mibi prius ut abeam, Mat. 8.
 et sepeliam patrem meum, respondet: Sequere me, & sine ut mortui sepeliant mortuos suos. Et rur-
 sum alteri domesticis suis prius valedicturo ait: Nemo, qui manu sua aratro admota, respexerit à
 Luc. 9.
 ergo, apertus est regno Dei. In quorum meditatione singulos priuatim & publicè multum versari
 conuenit, quando quotidie experimur, quam multa sint, quæ in Dei vocatione nos remorari consu-
 erunt, quibus omnibus expressum Dei mandatum merito anteponi debet.

Simul verò nostræ nos foris & conditionis Christus suo exemplo admonet. Ut enim ille à bap-
 tismo mox ad tentationum palæstram egreditur: ita quicumque in baptismo Christo nomen dant, sibi in-
 tentionibus exer-
 centur.
 Ephes. 6.
 desinentes pugnas incumbere cogunt, quæ ipsi (ut Paulus ait) non aduersus carnem & sanguinem,
 sed aduersus principatus, aduersus potestates, aduersus mundi dominos, rectores tenebrarum huius
 seculi, aduersus spirituales astutias sustinende erunt. Nec enim quiescit communis hostis satanæ, sed
 1. Pet. 5.
 instar rugientis leonis obambulans quærit quem deuoret. Facit huc & loci circumstantia. In deser-
 tum enim Christus abiit, ita docens, mundum hunc eorum, quantum est, desertum esse, in quo vndique
 nobis pericula insent, à peccatis nimirum & diabolicis suggestionibus, tyrannis item & fidei hosti-
 bus, qui omnibus feris truculentiores sunt. Horum itaque memores, vigilemus o fratres. Sculti enim
 reuera sunt, qui seivri omnia sibi ipsi tuta pollicentur. At execrabilis illorum est perfidia, qui ubi
 Christo nomen dederunt, vel per impias artes, vel effrenam peccandi licentiam diaboli seruitio sese
 subiiciunt, contra quem Christi auspicijs indefinenter pugnare debebant.

Idem personam huius certaminis, siue antagonistas videamus. Inter quos primus introducitur Sa-
 tan, quem Mathæus absolute Tentatorem vocat, eo quod ab ipsa mundi origine hominum salutis
 Matth. 4.
 insulari solitus sit, sicuti primorum parentum lapsus abundè docet. In hoc autem duo obseruanda
 Gene. 3.
 videntur: alterum, quando tentare cepit: alterum quibus modis & rationibus in Christo tentando
 ut usus. Ad primum refertur, quod alibi Christus, postquam dies quadraginta ieiunauit, esuriuisset,
 et tunc diabolum ad illum tentandum accessisse scribitur. Patet in eo hostis nostri astutia, quæ occa-
 siones ex nobis renatur, quando vel diuini aduersus debilitatos esse, vel alioqui prauis desiderijs
 inflammatos, peccata esurire & sicire videt. Tunc enim peccandi occasiones suggerit, & stimulos ad-
 dit, quibus ut peccati cupiditatibus indulgeamus, impellit. Exempla huius astutie non hinc modo, ve-
 rum etiam in primis parentibus, in Davide multisq; alijs habemus, & in nobis ipsis quotidie experi-
 1. Sam. 11.
 mur. Et hoc est, quod nos à propria cupiditate tentari, Apostolus dicit, eo quod ex illa nos circum-
 1. Iacob 1.
 uentandi occasionem satan arripit. Id verò nos officij admonet, ne peccatorum blanditijs & prauis

Quando et ubi
tentatus Chris-
tus.

Christiani tenta-
tionibus exer-
centur.
Ephes. 6.

Satan tentandi
occasiones ex
nobis captat.

cogitationibus locum demus, siquidem hostis nostri insidias cupimus effugere.

Tres Christi tentationes.

1. Diffidentia.

Psalm. 147.
Luce 11.

2. Confidentia.

Psalm. 91.

3. Cōcupiscentia
& fastus mundi.

Matt. 8.
Philip. 2.

Rom. 10.

Ceterum in alterius membri expositione diligentiores sunt **Matthaeus** & **Lucas**, qui tentationes ex ordine commemorant: non quod has solas **Christus** senserit, sed quod haec precipue sunt, & illis reliquis omnes facile aestimare liceat. Prima, diffidentia est. At enim: Si filius Dei es, dic ut pedes isti panes fiant. Quibus verbis est hoc velle videatur, ut **Christus** suae divinitatis argumentum exerat, potissimum tamen huc tendit, ut fidem illius evertat, & patris testimonium, quod non per ausum, in dubium vocet. Quasi dicat: Audivi etiam ipse vocem, quae te dilectum illum Dei filium pronunciauit, & si illa Dei vox esset, de illa minime dubitari debere, libenter sciret. At si praesentem tuam conditionem aspicio, non potes non mihi dubia & suspecta esse istius oraculi fides. Item Dei filius es, cur inter loca inculta & feras vicā degis? Cur pater, qui & pullis coruorum prophetas, & sylvestribus feras pabulum producit, te rotam diebus esurire patitur? Vt num aliquem tam recordem fore existimas, qui te famelicum & miserum, Dei filium esse credit? Nisi ergo patre & matrem apud homines auctoritatem perdere vis, praesenti aliquo miraculo te Dei filium esse testare, nullū huic loco & tempori convenientius erit, quam si ex lapidibus hunc panem facias, &c. Atque ita tendunt ista omnia, ut **Christus** de patris testimonio dubitare incipiat, & illius fidem inuili & suspectam eo miraculo confirmet, quasi verò non maius miraculū sit, hominem verū ab his cibis nutrire, quā quatuor diebus quadraginta vivere, quā lapides in panes mutare. At ubi **Christum** in fide certissimum videret, mox aliam tentationem priori contrariā profert, Nam subductū in vicem sanctū, quod minus suspectus sit illius conatus supra templi pinnam constituit, & dicit illi: Si filius Dei es, praecipue tui orsum. Et quia postulationem hanc absurdam & iniquam esse sciebat, scripturas profert, quibus verbum suum occultet. Nam scriptum est, inquit: Angelus meus mandabit de te, et manibus suis voluet, ne impingas ad lapidem pedem tuum. Quis verò illi huius tentationis scopus fuerit, ex **Christi** responsione patet. Hic nimirum, ut patris sui providentiā & paternam erga se curam periculo mundi necessario, & solius ostentationis causa suscepto, exploret. Sensus ergo verborū est, si vide te Deo vobis credere, & tuam hanc fidem maximo opere probo. At quid credidisse proderit, nisi fidem tuam quocumque agnoscant, & quis nam sis intelligat? Id verò fiet, si in verbe hac sancta temerarium exempli pinnam praecipites. Nec est quoddam aliquid periculi metuas, quando ex scripturis novissimis, angelorum olim ex Dei mandato tui curam suscepisse. Ita verò per confidentiam **Christum** perdere conatur, cuius fidem evertere non potuerat. Sed vincit etiam hoc telum **Christus**. Quare omnes suae tentationes simul in unum colligens, quicquid visum in mundo est excellentia, dignitatis gloria, splendore, & voluptatibus, illius oculis subijcit, ut horum illecebris ad turpem apostasiam & manifestam impietatem perducatur. Nam ex alto monte omnia mundi regna, & eorundem gloriam illi commoustrat. Haec omnia tibi dabo, si prostratus adoraveris me. Ita verò impudensimè & mundi in perniciem vendicat, qui ne in porcos quidē ius habet, & **Christum**, in cuius nomine omnia caelestia, terrestria & inferorum genua stellantur, ad servilem sui adorationem inuitat. Postea multos verbis huius postulationis indignitas exagiarit. Sed praestat, ut potius in nos ipsos descendamus, & ut nos cogitatione tentet expendamus. Nam ipsi de vijs & rationibus nos etiam hodie aggreditur, & non illi nos nostrā ex fide pendere, quae solo Dei verbo nititur. Totus ergo in hoc est, ut verbi veritate nos abiciat, & illius promissionibus fidē deroget: quod aduersus arguentibus facile efficit, nisi animus parat obfirmemur. Tunc enim cogitationes eiusmodi in animis nostris excitat: Tunc Deo propitius videri, qui perpetuam cum egestate, fame, exilio, morbis & calamitatibus undiq; incurventibus laedi possis? Tu ne fidem hanc illi probari putas, cuius cultores tot malis subiacent? Accedit, his impiorum voces: Iam ne experimini quae sit illa fides vestra? Haec ne est euangelicā promissionem veritate? Num tandem vos miseros esse, & turpiter deceptos esse sentitis? Quod si verò illud ad hoc negatis, agedum ostendite nobis fides vestrae veritatem & ipsi vobis succurrere, aut opud vestros illos dolores efficit, ut aliquo miraculo liberemini, &c. Haec (inquam) frequenter hodie satan obijcit, ut fides nostram labefacter. Quod si verò se minus proficere videret, confidentes reddere conatur, ut saltem nostram a securi, ardens illud studium, quod passim à nobis exigitur, omittamus. Vbi serē delecta providentiā & praedestinationis abutitur. At si nec illic cedamus, mox mundum hunc omnem contra nos armat, ut vel huius illecebris capiti, vel potentia & armis territi, fidem abnegemus, & illicet ang

prophans
Et quare
rati, & a
mundi ille
Quare
fieri possent
estimale te
deter, in q
rem cōmen
Resistit en
undantia
ha admon
voluit. De
sui ignitis
sat. Repor
Ratum de
sum forpe
fium cultu
ceter. Ita
ira curio de
non quiesci
dypens fid
ergo oracu
his preces
posia exom
ungamus.
Relat
bita ad tēp
decte se se
tempus mo
accisione o
Quid si ho
verite, & f
securus sit.
Sed hic
Dei filius, z
divinitus d
per eos, qu
nos, qui ip
ini & des
iani fratru
belli daxe
alij passim
nostra dig
nosmetipso
dicit, homo
F
dic
pin

prophane cultibus omnium seclerum genere (quorum seruitus illi gratissimus cultus esse) polluamur. Et quantum in his omnibus possit, quotidiana exempla docent. Multi enim aduersus superari, desperant, & ad illicita media conuertuntur. Multi confidentia & securitate pereunt. Innumeri vero mundi illecebris, ut Circeo poculo inebriati, fidem & religionem adnegant.

Quare ex altera parte Christum videamus, suo exemplo docentem, ut in tentationibus superiores fieri possimus. Vbi etiam duo potissimum consideranda veniunt. Primum ieiunauit Christus, non ut quadragesimali ieiunio in sterneret, ut quidam ineptissime fabulantur, sed ut partim xpiis veteribus responderet, in quibus Moses & Elias totidem diebus ieiunauisse scribuntur: partim suo exemplo sobrietate commendaret, cuius studium semper aliis, cum tempore tentationum cum primis necessarium est. Resistit enim spiritui carnis, quo haec ferocior est, eo minus in nobis spiritus potest. At cibi vim ab- undantia & delicijs carnis ferocior reddi, notius est, quam ut multus probari debeat. Hinc tam crebra admonitiones, ut ad crapula & luxu caueamus, quas exemplo etiam proprio Dei filius confirmare voluit. Deinde in omnibus congressibus solum Dei verbum proferat, & fidem qua huic nititur, instar clypeus, in quibus bisce satanae telis obijcit. Nam dicenti diabolo: Si filius Dei es, dic ut hi lapides panes fiant. Respondit: Scriptum est, Non solo pane viuet homo, sed omni verbo quod egreditur per os Dei. Rursum dicenti: Si filius Dei es, precipita te deorsum: & scripturas perperam alleganti, obijcit: Rursum scriptum est, Si filius Dei es, non tentabis Dominum Deum tuum. Tandem mundi regna pollicenti, & adorandi cultum petenti, dicit: Abi satana. Scriptum est enim: Dominum Deum tuum adorabis, & illi solum cetera. Ita vero nobis quoque pugnandum fuerit. Habemus quidem galeam salutis, Christum, sub cuius umbratae ira uero degimus, quando contra illum princeps huius mundi nihil potest. At quia idem ille nihilominus non quiescit, ad pugnam praeparatum oportet. Arma uero saluberrima erunt (sicuti Paulus monet) obsequium fidei, qua sola diaboli tela restringere potest, & gladius spiritus, quod est uerbum Dei. Huius ergo oracula diaboli suggestionibus opponamus, & quam friuola sint ille, mox patebit. Coniugamus quoque precibus assiduas, & facile omnes hostes nostri insidias atque conatus superabimus. Poterat hic copiosius exemplorum enumeratione in longum extendi oratio, sed si uerbi studium precibus assiduis conuincamus, spiritus in ipsa pugna eos locos suggeret, quibus potissimum satanae deuinci poterit.

Restat tentationis Christi finis & exitus, quae leuissimum fuisse Euangelista docent. Lucas enim dicit ad Iesum a Christo recessisse scribit. Quia enim ficticijs armis pugnat, & falsa potentiae cuiusdam specie se venditat, mox loco cedit, ut primum se agnosci intelligit. Vbi tamen obseruabis, quod ad tempus modo recessisse dicitur. Nam etsi se victum sentiat, non tamen quiescit, sed leuissima quaque occasione oblata pugnam instaurat, & hoc uincit querit, ut eo reuertatur, unde prius eiectus est. Quod si hominem securum & offitantem reperiat, assumptis septem alijs spiritibus peioribus illuc ducitur, & sunt postrema illius hominis peiora primis. Nemo igitur post unam et alteram victoriam securus sit, & sibi ipsi pacem perpetuam pollicetur.

Sed hic consoletur nos, quod angelos Christo victori ministrasse audimus. Etsi enim hoc officij Angeli Christo ministrant. De his, Domino & creatori suo debeant, certum tamen est, illos nobis quoque ministros & custodes animas datos esse. Paulus enim ministratorios spiritus esse dicit, qui in ministerio emittantur propter eos, qui baredes erunt salutis. Et in Psalmis scribitur: Angelus Domini castrametatur circum eum, qui ipsum timeat, & eripit eos. Nec exempla desunt eorum, qui uisibili angelorum ministerio aduersus defensu sunt. Lotum & Sodomis eripiunt angeli. Idem Iacobum ab auunculo Labani & Egiptum armis defendunt Aegyptum egressus, & terram Chanaan petentibus iterum simul & dux est Angelus Domini. Omittit quae de Elifao, Daniele & socijs, Apostolis item & infinitis alijs passim traduntur. Quorum omnium consideratione nos in fide confirmari conuenit, ut huius dignitatis memores, aduersus diaboli conatus fortiter pugnemus, ne angelorum ministerio nosmetipsos spoliemus, sed potius victores in Christo, cum eodem in caelis regnemus, cui debetur beneficium, honor, gloria & potestas in aeternum, Amen.

Postquam uero traditus esset Ioannes, uenit Iesus in Galileam, praedicans Euangelium regni Dei, & dicens: Impletum est tempus, & appropinquauit regnum Dei. Poenitentiam agite, & credite in Euangelio.

tentationibus se gesserit. Exod. 34. 1. Reg. 19. Galat. 5. Luce 21. Ephes. 5. Deut. 8. Deut. 6. Ioannis 12. Ephes. 6. Tentationum Christi letus exitus. Hebr. 1. Psal. 34. Gen. 19. & 32. Exod. 14. 32. 2. Reg. 6. Daniel. 3. 5. Act. 5. 12. & 6.